



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 34. Limitatus Parisiensis Episcopi consensus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Insuper in iisdem tabulis adhuc aliæ Sæcul. XVI.
 præscribebantur conditiones, quæ e- A. C. 1561.
 rant sequentes. I. Hujus Societatis *Abregé des Fratres*
affaires du Clergé de France Paris chez Léonard. 1680.
 Fratres nec in sacris, nec in profanis *affaires du Clergé de France Paris chez Léonard. 1680.*
 rebus quicquam aggrediantur, aut per *moir des ficiant cum præjudicio Episcoporum, Ca-*
pitulorum, Curatorum, Parochiarum, & Universitatum, vel aliarum Religio-
 num, sed sese ad communis juris dispo-
 sitionem componere teneantur. II. præ- *p. 129.*
 primis, ac speciatim omnibus privile-
 giis, quæ ipsis circa præfata his condi-
 tionibus contraria in eorum Bullis con-
 cessa fuere, renuntient: si vero id facere
 recusaverint, aut in posterum alias ejus-
 modi Bullas obtinuerint, hæc rece-
 ptio, & approbatio erit irrita, nullius-
 que valoris, & efficaciæ, salvo tamen
 jure præfati Conventus, vel cuiuscun-
 que alterius, in omnibus hisce rebus.
 Hæ tabulæ receptionem, atque appro-
 bationem prædictæ Societatis concer-
 nentes unacum impositis oneribus, &
 conditionibus, quæ in dicta declaratione,
 & approbationis literis continentur,
 Anno salutis nostræ millesimo quingen-
 tesimo sexagesimo secundo die decima
 tertia Februarii fuere ad acta relatæ.

§. XXXIV.

*Limitatus Parisiensis Episcopi
 consensus.*

O 3

Pari-

Sæc. XVI.
A.C. 1561.

Pariter Parisiensis Episcopus, ut præfatæ literæ, ac Bullæ confirmantur, ratæque habeantur, consensit, ea tamen lege, ut præfati Fratres nec ullam jurisdictionem Episcopalem exercere, aut prædicare, vel absque licentia, & eorum Episcopi consensu Verbum Dei annuntiare valeant: si vero de quodam Beneficio Ecclesiastico etiam curato fuerint provisi, ob onera ipsis imposita coram præfatis Episcopis absque ulla literarum expeditione respondeant, eorumdemque Episcoporum visitationi subjeceant, nec ullum Sacramentum, nequidem Confessionis, & Eucharistiæ administrant absque speciali licentia illius Parochi, cui subjecti sunt ii, quibus dicta Sacraenta administrare voluerint, ita tamen, ut præfatis Parochis, nec in sacris, nec in profanis, nec circa oblationes, sepulturæ jura, neque alia ejusmodi, quæ in eorum Ecclesiis, aut Sacellis peragent, ullum inferant damnum: insuper Episcopus eis prohibuit, ne sacras literas publice, vel privatim tradant, aut interpretentur, nisi prius a celebrium Universitatum Facultate Theologica fuerint examinati, ea tamen lege, ut exinde aliis sacris Ordinibus, atque Institutis nullum accrescat præjudicium: præterea professos præfatorum Ordinum Religiosos nullatenus ad suam

Socie-

Societatem attrahere , vel recipere pos- Sæcul. XVI.
A.C. 1561.
sint, nec novas condere Constitutiones,
vel jam conditas, atque a Conventus
Secretario subscribendas immutare, aut
corrigere ipsis integrum relinquatur.

§. XXXV.

*Disciplinæ decreta in Conventu Po-
siciensi condita.*

Insuper Posciacensis Conventus Prælati
alia quædam disciplinæ Ecclesiasticæ
decreta in variis Regni Diæcesibus ob-
servanda condidere, quorum primo
circa Episcoporum promotionem fancie-
batur, ut nomen illius, qui a Rege ad
aliquem Episcopatum nominandus es-
set, valvis Capituli Ecclesiæ Cathedralis,
vel in aliis locis affigatur, ut quilibet
declarare possit, an in illo quidam re-
periantur nævi, ob quos ad tam subli-
mem dignitatem inhabilis foret: præ-
terea statutum, quod inculpatæ vitæ
fama clarus existat, & in Capitulo fidei
professionem præsente suo Metropolita
emittat, postea vero Papæ literas, qui-
bus Episcopatum obtinuit, acceptet: si
ex adverso testes contra eum de-
ponerent, tunc Regi liberum erit, ad
hunc Episcopatum , prout bene visum
fuerit, alium nominare: de cetero au-
tem Episcopi ex legitimo connubio na-

O 4 ti